



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

30 Iuspatronatus Fraternitatum, ad sit dicendum mere laicale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

efficiatur Juspatronatus clericorum, & non laicorum probat text. in dict. cap. unic. § final. Felin. in tract. quan. lit. apost. noc. patr. num. 11. vers. limit. sexto. Paris. conf. 128. n. 19. & seq. lib. 4. & Lambert. in tract. de jar. patr. lib. 2. par. 3. quest. 9. artic. 20.

30 Quid autem dicendum de † jurepatronatus competente confraternitatibus laicorum, licet hujusmodi collegia confraternitatum adhæreant ecclesiis, & causa pietatis constituantur, cum tamen ipsi, ex quibus collegia, & universitates constituantur, & ad quorum voces, & suffragia presentatio fit, sint omnino laici, & ad has universitates laicorum presentatio pertineat, non ad ecclesias, nec ad aliquas ecclesiasticas dignitates, videtur, quod sint patroni laici, cum non habeant habitum religionis, nec gaudeant privilegio fori, & canonis, licet habeant collegium, & ita tenet Felin. in d. tract. quan. lit. apost. num. 11. limit. 4. & Covar. eod. lib. pract. quest. d. cap. 36. num. 8. Secus autem est dicendum de jure patronatus beguinarum, quia licet sint seculares, religiose tamen vivunt, & habitum portant religiosum, & idem de aliis fraternitatibus, vel collegiis habentibus easdem qualitates, quas habent beguinae, videlicet habitum religiosum, & ita post Felin. loco supra citato distinguit. Roch. de Cur. sub ver. jus, in tract. de jure patr. n. 17.

Amitteitur juspatronatus, & illo privatur patronus ipso jure pluribus ex causis.

31 † primo venditione, & applicabitur illi ecclesie, cui per hujusmodi emptionem est facta simoniaca injuria, cap. quia clerici, juncta glossa in ver. spoliando, & ibi

Abb. num. 8. de jur. patr. aut alio quocunque titulo, in alios contra canonicas sanctiones translatione, quo casu patronus excommunicationis, & interdicti poenis subicitur, & jurepatronatus privatur ipso jure, Conc. Trid. cap. 9.

Secundo, quando patronus per se, vel per alios faceret occidere, vel mutilare rectorem beneficii sui, juspatronatus, & jus devolvitur ad ecclesiam, cui fuit facta injuria, & ne minus vindicta, quam excessus memoria prorogetur, usque ad quartam generationem, per lineam directam posteritates talium in clericorum collegium admitti, neque in domibus regularibus alicujus prelationis honorem assequi possunt, donec cura eis fuerit misericorditer dispensatum, cap. in quibusdam, §. sacri nihilominus, & ibi gloss. in ver. prorsus amittat, & Abb. num. 2. de poen.

Tertio, si in perceptione fructuum, proventuum, & obventionum se ingerunt, aut jurisdictiones, bona, census, & jura eorumdem beneficiorum, quacunque arte, sibi usurpant, c. 11. vers. quod si ejusdem, sess. 22. & d. cap. 9. vers. patroni autem, sess. 25. de reform. ultra quoque eandem excommunicationis poenam incurruat.

Quarto propter haeresim, ob quam bona haereticorum ipso jure sunt confiscata, c. cum secundum, de haeret. in 6. & Pegna. super. 3. par. direct. com. 158. vers. his ita positis, † & tunc juspatronatus non transit ad filium cum universitate bonorum, sed liberatur beneficium, quia illud jus applicatur Ecclesie, cum haeretici Ecclesiam offendat, ac insigni injuria afficiant, quapropter eidem laesa principaliter est satisfaciendum, Felin. in cap. vergenti, num. 1. vers. sed adverte, de haeret. & Pegna.

Kk

eod.